



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 17. Apum in vrbibus defendendis potentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

Ies Diui. Quare & Medardus facile veniam dedit efflagitanti, manuq; extensa , vt Episcoporum mos est , & signo crucis ducto, absolutionem; benedictionemque impertijt. Mira res. Eadem cærimonia Præful & crimen aboleuit, & abegit apes. quæ illico, homine relicto, ad aluearia sua redierunt. Ita in apibus diuina justitia supplicij furanti constituit, & quid Sanctorum virtus posset , demonstrauit:

S. XVII.

*Apum in urbibus defendendis potentiam.*

Demonstrarunt & homines sèculi , tam exigua messe mortalium potentiam, vt etiā toti exercitus possint vel ab apibus profligari. Verum enim est, vt Ammianus Marcellinus ait, quòd in distinctis necessitatibus nihil tam leue sit, quod non interdum etiam contra sperata, rerum afferat momenta magnum. Ita Themiscyrenses , contra op- pugnationem Luculli , se defendisse testatur Appianus Alexandrinus. Pars exerci- tūs , contra Themiscyrenses turribus uteba- tur & ageribus, & cuniculos tam amplos fo- diebant, ut in eis pugnæ committerentur sub- terraneæ. Hos oppidani supernè aperiebant, & perforamina demittebant in operarios ur-

Appian.  
Alex. de  
bello Mi-  
thrida-  
tico.

E 2 sas,

Iouian.  
Poutan.  
de gestis  
regis Al-  
phonsi I.

sas, aliasq; bestias, & apum examina. Quod si ad vrsas potius irritandas, quam ad expellendos hostes apes hic seruijssle putentur; memoriae tradidit Iouianus Pontanus, cum rex Vicarum oppidum occupare constitisset, primoque impetu, vallo cruto, fossam transgressi milites, alij muros missilibus oppugnare, alij scalas applicare coepissent; oppidanos, quanquam repentino regis aduentu percusso, nihil tamen segnius armatos, subito, in muro apparuisse, ac transilire conantes lapidibus repulisse. Cum autem regij acrius instarent, nec a muro repellri possent, complura apum aluearia, quæ forte paulo ante ex agris, metu hostium, intra castellum, congesserant in muros, arrepta in hostes devoluerunt. quorum fragore irritatae apes, cum circumuolarent, non solum os atque oculos oppugnantium incessebant, verum etiam se se armis, & interioribus tunicis inferentes, eos maiore quadam molestia, & malo afficiebant. Atque hoc modo, se se, & oppidum diu tutatos esse, donec vi maiore subratis mœnibus, in ditionem venient. Consimilia de apibus plura leguntur.

Osor. I. 8.  
de reb.

Nam & Hieronymus Osorius scribit,

Ait.

Africana expeditione, Barrigâ, Lusitano- Africis &  
rum duce, Xiatimēses fortissimè oppugnā- Indicis  
te, reque ad vltimum discrimen adducta,  
innumerabilia aluearia apum, quibus ab-  
undabant, incensa atque è mœnibus fuisse  
præcipitata. Itaque Lusitani & aluearium  
flamnis ambusti, & apum aculeis stimu-  
lati, receptui canere, & oppugnationem  
deserere coacti sunt. Idem aiunt Turcis, in  
Hungaria, & Episcopi Agriensis ditione,  
contigisse. Si homines, aluearia in castra,  
& apes in milites conuertere possunt; cur  
non & Deus eiuscmodi acie vtatur, quam  
natura spiculis armavit?

Phil. Ca-  
merar.  
cent. 1.  
Hor. sub-  
sec. cap. 8.

S. XVIII.

*Crabronibus & vespis, quos fugārit Deus?*

Enim uero vtitur, & vsus est. Quippe de  
vespis & crabronibus, sacer codex ita lo-  
quitur, immo in eo, ad Israëlitas, Deus,  
hostes eorum de terra promissionis eie-  
cturus: *Terrorem meum mittam in præcur-* Exod. 23.  
*suntuum, & occidam omnem populum, ad* 27.  
*quem ingredieris: cunctorumq; inimicorum*  
*tuorum, coram te, terga verta: emittens cra-*  
*brones prius, qui fugabunt Hœnæum, & Cha-*  
*nanaum, & Hethæum, antequam introcas.*  
Per crabrones igitur hostes in fugam ver-

Ee 3 tit.